

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

In libr. IIX. notæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

LAMP. ALARDI
IN
VALERII FLACCI
ARGONAUTI
CON
LIBR. IX. NOTAE.

VERS. 3. NEC CÆRULI TIMOR ÆQUO-
RIS ULTRA) Significat Poëta nullum
jam Medæ timorem esse ullius æquoris,
post tam insignem audaciam. Est enim
mare naturâ res horrenda utriq; sexui, præcipue im-
belliori. Hinc Horat. lib. I. Carm. Od. 3.

Ullus robur & es triplex

Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commisit pelago ratem.

Et Julianus lib. III. Floril. eis Νεωαζήσαντας &

Οὐπίσαι πάντες ὄλεσας καὶ ἐπιείκοντες αἰήτας

Ἀλλ' ἀκόρητος ἔρας φοιπέδου ἰμπερίης.

Εἴη μοι γαίης ὀλίγη βίος ἐν δὲ θαλάττης

Ἀλλοῖσι μελέτω κέρδι' ἀσδομαχόν.

Causa timoris non est alia, quam miseria mortis &
naufragio propendens, quod mortis genus magnoperè
naturæ iuvifum, quia insepulta manent corpora.
Hinc illud Satyrici, quo navigantes à morte tribus tan-
tum digitis remotos dicit. Et Flav. Veget. de re mi-
litari lib. IV. cap. 44. *Alii ferro interimuntur, alii ar-
dere coguntur in fluctibus; inter tanta tamen mortium ge-
nera, qui acerrimus casus est, absumenda piscibus insepulta
sunt corpora.* Ovid. Trist. lib. I. Eleg. 2.

Demite naufragiū, mors mihi munus erit.

Est aliquid fatig. suo, ferroq; cadentem

lase

*Insolitâ moriens ponere corpus humo,
Et mandare suis aliqua & sperare sepulchrum
Et non equoreis piscibus esse cibum.*

Horatius lib. I. Od. 28.

*At tu nauta vaga ne parce malignus arena
Ossibus & capiti inhumato
Particulam dare.*

v. 6. ULTIMA VIRGINEIS TUNC FLENS
DEDIT OSCULA VITTIS) Alia erant apud veteres
Virginum, alia Nuptiarum vittæ: sed utraq; tamen
ingenuarum. De Virginali præter hunc Nostri locum
etiam apud Virgil. habes lib. II. Æneid.

*Virgenas ausi divæ contingere vittas,
De Maritali Propert. lib. IV. eleg. 12.*

*Vinxit & acceptas altera vitta comas.
Ubi alteram à virginali intelligit. Talem etiam Plau-
tus (puto) significare voluit Militæ:*

--- -- ut ad te eam jam deducas domum
*Utique eam sic adornatam deducas matrona-
rum modo*

*Capite comato, crines vittasq; habeat adsimi-
letq; se*

Tuam esse uxorem ita præcipiendum est.

Virginales autem simpliciores erant, Ovidio *Tenuos*
appellatæ lib. I. de Arte:

Este procul vittæ Tenuos, infigne pudoris.

Cæterum ubi veteres & quoties, quibusq; personis Vit-
tas adhibuerint prælixè & Eruditè docet. Jeann. Bern-
artius ad V. Thebaid. Statianæ. Quod autem Medæ-
am oscula ferre dicit suis vittis, factum, quia mox nu-
ptura erat. Confer Turneb. cap. 5. lib. XXIII.

v. 7. CRINENQ; GENASQ; ANTE PER ANTI-

QUE

QUI CARPSIT VESTIGIA SOMNI) Crinem Carpsit Medea: quia veterum mos erat cum lugerent, viris ut comam alerent: fœminis ut ronderent. De Mulierum in luctu tonsura sunt verba Accii in Amph.

--- --- --- sed quenam hæc est
Mulier funestâ veste, consu lugubri.

Plutarchus Ρωμαϊκοῖς. Καὶ ὅτι παρ' Ἑλλήνων ὄπην δυσχίμα φήσεται κείρονται μὴ εἰ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες. ἐπι τοῖς μὲν τὸ κείρον, ταῖς μὲν τὸ κομῶσι σύνηδες εἰσιν. Artemidorus lib. I. cap. XX. ἡ δὲ ἀτιμέλητος ἐν συμφοραῖς ἄνεσταται. Et cap. 23. Καὶ μὴ τοὶ ἄδεις ἐν πένθει κείρονται. ἀλλ' οἱς μάστιγι μέλει δὲ σφραγίσαι, ἀλύπιστα καὶ ἐκ ἀπύργου. Antiquum autem fomnum dicit: quia dudum ille in oculis Medæ non fuerat, ita ut verus naturalisq; somnus à longo tempore iam incognitus & vetustus quasi esset. Cum ergo tenuia veteris somni adhuc obrepebant vestigia, luctu & terrore plena erant, in quo crinis evulsus & genæ laceratæ, quæ neglectam & tenuiorem fecerant. Atq; hoc malim quam quod Barthius substituit *Inviti somni*. Tenacè enim nihil mutandum censeo, siquidem excusari possit. Et scio ignoscet mihi Tanti viri Humanitas.

v. 14. TU PRECOR HÆC LONGA PLACIDUS. MOX SCEPTRA SENECTA) id est, in longam senectam, unde ob meliorem sensum cum vulgatis legere malim: *Tu precor hac longa placidus mox scepra senectæ*. Lethiferis autem cistis infra lego pro *Lethiferis*, hæc est, quæ oblivionem Lethæumq; somnum inferunt, ut præpete sopore Draconem suum vincit Infelix Medea v. 70. Dicitur autem Lethiferis ἀπὸ λήθης, quod Græcis est oblivio, vel potius à Lethe fluvio apud inferos, quo gustato veteres, omnium nos rerum protinus oblivisci, voluerunt. Confer. v. 74. Inferius.

V. 20. INDE VELUT TORTO FURIARUM EIECTA
FLAGELLO) admilat Medeam buxo volubili, quod
conceptum prius fune, cum sonitu & impetu excuti-
tur, qualis est vertigo vel Rhombus quo pueri in ludo
utuntur. Implicatur enim à Cuspide prælongo loro,
atq; ita excussus basi supernè, cuspide inversè versâ,
solo alliditur: dum vero ab intorto loro sese explicat
in rapidissimam concitatur vertiginem. Hinc Ti-
bullus.

*Nâq; agor ut per plana citus de verbere turbo
Quem celer adfuetus versat ab arte puer.*

V. 21. ATTONITO QUALIS PEDE PROSILIT INO)
INO coniux Athamantis Regis Thebarû, sororibus pu-
nitis, cum ipsâ invitâ remaneret, & contemneret Nu-
men Iunonis: Iuno Tisiphonen infernalem excitavit,
ut ambos coniuges ulcisceretur. Tisiphone autem Iu-
nonis imperio parens ad Aulam Athamantis pervenit,
& in sinum ejus horribiles angues effudit, quib; animi
ipsorum gravissimè sunt læsi, tantoq; furore perciti, ut
sensus illorum statim à pristino statu alienati fuerint.
Ita ad insaniam redacti: Athamas Clearchom filium
suum in venatione pro ferâ interfecit. Ino autem Me-
licertam filium è scopulo secum in profundum æquor
præcipitavit.

V. 28. LATMIUS ÆSTIVA RESIDET VENATOR
IN UMBRA) Per Venatorem Latmium intelligere vi-
detur Endymionem, quem eum Lunâ adamatet in Lat-
mio, monte Ionix, ab eâ sopitum ferunt, ut unum ab
eo osculum auferret: undè & ipse Endymion Latmius
dictus est. Ovid. lib. III. de Arte.

Latmius Endymion non est tibi Luna pudori?

V. 33. QUÆ SUPER INGENTI CIRCUNDATA
PRÆPETIS UMBRA) Præpes idè est quod Græcis ἀλω-
πος hoc est avis rapax, ut aquila & accipiter, quia rapa-
ces alis plurimum valent. Virgil. Æn, V.

quem

----- quem prapes ab Ida

Sublimem rapuit pedibus Jovis armiger uncis;
id est, avis armigera, quam Aquilam vocant. Videntur
autem nomen habere Prapetes à *αεπίπτεσθαι* quod est
pravolare: Sed Græcum proverbium in Latinum mu-
tatum est, prapetesq; non propetes dicuntur: Hæ aves
Latinis *Magna* vocantur: Plautus Rudente Sc. Exi
è phano:

*Tegz ambustulatum objiciam magnis avibus
pabulum:*

v. 44. ET PRIMIS SUPPLEX DEBIT OSCULA
PALMIS) Solebant amantes manus invicem osculari:
Apul. Miles VI. Tunc Jupiter presa Cupidinis buccula,
manusq; ad os suum relata consuevit. Aristænetus
lib. I. ἡ δὲ ἄνωγε ἀλγῶσι λαθραίως σῆματι αἰσθητῶ
χρῆσι, καὶ τὰς ἰατρῆς πεφιληκῆς διακτύλας, ἀν' ἐκείνῳ αἰ-
σθητῶσι. Et in aliâ ejusdem libri Epistolâ. Καὶ λάθρο
τῶ ἰατρῆς πεφιληκῆς δεξιῶν, ἢ αἰσθητῶσι ἢ κρησπίδῳ. Ita
apud eisdem moris erat auriculis apprehensus se oscu-
lari. Tib. lib. II. Eleg. 5.

Et factus matrona dabit, gnatusq; parenti

Oscula comprehensis auribus eripiet.

Aristænetus lib. I. πικρὸν ἦ ἐπιφροσύνῃ μὴδὲν μεδῶσῃς
ἢ κέ μοι φιληκῆς πῶνον ἀποκούζων· καὶ τῶν ἄτων λαβό-
μένη σῆσι σε φιλήσω. Quin inter cæteras delicias etiam
illæ erant amatoribus: leviter labella inter suaviandum
mordere. Horat. lib. I. od. 13.

----- sive puer furens

Impressit memorem dente labris notam:

Apuleius ἀνεχούτῳ.

Olli purpurea delibantes oscula

Clemente morsu rosea labella vellicant:

Tibullus lib. I. eleg. 5.

*Et dare anhelanti pugnantis humida labris
Oscula & in collo figere dente notas.*

v. 44. QUAM SCIS NEMPE FIDEM) Repete
v. precedenti v. 490.

*Tunc, ait, Asoniden quicquam te velle relicta
Credis. &c.*

v. 55. ILLE HÆRET COMES & MISERATUR
FUNTEM) Eleganter dicitur ad præcedens *no* furens.
Uti enim mente mota non jam humi incedit sed tollitur: Ita *no* euntem grandes passus & furibundum iaculum subinfert. Virg. de Turno furib.

Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem.

v. 69. I EŒ, CIEBAT SOMNE PATER: SOMNE
OMNIPOTENS) Somnum Deum finxit Antiquitas, cuius
sedem apud Cimærios collocat Ovid. XI. Metam.

*Est propè Cimærios longo spelunca recessu
Mons cavus, ignavi domus & penetrata Sóni
Quo nunquam radijs oriens, mediis vè cadésve
Phœbus adire potest, nebule caligine mistæ
Exhalantur humo, dabiq; crepuscula lucis.*

v. 72. QUÆ FRETA SÆPE TUO DÒMUI QUÆ NOBIL
LA CORNU) Somno cornua tribuit. Quare Serv. lib. VI.
En. scribit somnum cum cornu pingi solitum. Hinc Sen.
--- --- *& obscuri crescebant cornua somni:*
noctem crescere innuens. Sed & Stat. Papin. Somno
cornua dat.

--- --- *Manus hæc fufos à tempore levo
Suffentat comes, hæc cornu oblita remisit.*

Confer Thebaid. X. & Ovid. Met. XI. Hinc Somnus ita
olim pingebatur: Imago virilis erat, facie resoluta &
languenti, candida subtus vesta, & supra nigrâ induta,
quasi diem & noctem indicaret. Cornu manu tenens,
Philoftrato auctore, Quod cum vera somnia immitte-
ret

ret Nigrum Cornu habere fingebatur: cum vero Falsa eburneum. Unde & geminae Somni porta à Vergilio finguntur.

*Sunt geminae Somni porta, quarum altera fertur
Cornea, quae veris facilis datur exitus umbris
Alicra candenti perfecta nitens Elephanto
Sed falsa ad caelum mittunt insomnia Manes.*

Quoniam ut inquit Macrobius, ex Porphyrii auctoritate, latet omne verum: hoc tamen anima cum ab officiis corporis somno paulum libera est, interdum adspicit, nonnunquam tendit aciem, nec tamen pervenit. Et cum cum adspicit, tamen non libero & perfecto lumine videt, sed interjecto velamine, quod nexus caligantis naturae obducit. Hoc igitur velamen, quod nigro colore significatur, cum in quiete ad verum usque aciem introspicientis admittit Cornu esse creditur cuius haec est natura ut tenuatum visui pervium sit: cum autem à vero hebetatur ac repellit obtutum ebur putatur. Haec Macrobius Somn. Scip. c. III.

V. 74. FRATRIQUE SIMILLIME LETO)
Somnum veteres mortis fratrem appellabant, eod quod dormientibus mortui similes. Athenagor de resurr. Mortuorum: Παρ' ἡν αἰτίων οἰκείων πνευ ἀδελφῶν τῶν ζωντῶν ὅτι οὐκ ὀνομάζουσιν. ἐχ' ὡς ἐν τῶν αὐτῶν πατέρων φωνῆς (ut Hesiodus docet in Theogonia) ἤθεα λογιζέμεντες, ἀλλὰ ὡς τῶν ὁμοίων πατέρων τοῖς τε θανάτοι καὶ ὑπνῶσι ἐγγισθῆναι, ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νύκτος ἐπαιδαίνονται τῶν πατρῶων ἢ γενεῶν. μάλλον μὲν τῶν εἶναι καὶ τῆς ἰδίας ζωῆς. Orpheus Argon.

Εὐδεις Ἀγριάδῃ γλυκερῶν βεβολήμῳ ὕπνω.
Et Christus Math. IX. v. 24. ἐχ' ὁ παράσιον ἐπέθανε ἀλλὰ καὶ θάψεται. Vide quae superius notavi ad v. 41. lib. IV.

v. 87. ARDENTES DONEC SOPOR OCCUPAT IRAS) Veneficium hoc erat somniferum, ubi potionibus, malo carmine, & certis ritibus aliquē soporabant, ut interim ei venenum infunderent. Confer Apollon lib.

lib. IV. Argon. Virg. Æn. VI. de Cerbero & Cumzâ.

*Cui vates horrere videns jam colla colubris
Melle soporata, & mediatis frugibus offam
Obiicit: ille fame rabidâ tria guttura pandens
Corripit objectam atq; immania terga resolvit
Fusus hūmi totoq; ingens extenditur antro,
Occupat Æneas aditum custode sepulto.*

Sic Ovid. lib. VII. de Medea.

*Rervigilem superest herbis sopire draconem
Qui cristâ linguisq; tribus præsignis, & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris au-
rea &c.*

Sed Maro tantum meminit Physiæ effectus. Faciunt enim hoc interdum Magi & fieri potest naturalibus venenis soporiferis. Exempla congerunt Petrus Binsfeld: de Confess. Malef. part. 1. Concl. 3. & Nicolaus Remigius lib. 2. cap. 4. Et patet exemplo, quod narratur in vitâ D. Bernhardi lib. 2. cap. 6. Nam ibi tot anis adjacentem maritum incubus uxoris fefellit, quod eo dormiente factum oportuit. Ovidius etiam Magicæ per Carmina effectus meminit (qualis est incantatio nostrarum vetularum) Quare sic intelligenda ejusdem Medea in Epist.

*Flammea subduxi medicato lumina somno
Et tibi que raperes veller a tua dedi.*

& apud Senecam:

*Tu quoq; relictis pervigil Colchis ades
Sopite primum cantibus serpens meis.*

Apuleius quoq; Magicarum artium (teste D. Augustino) peritissimus, non abs re vel finxit vel narravit de Thestalis solitos Larissas cadaveribus custodes addere, grandi pecunia stipendiatos, quibus perpetem noctem eximie

*Digilandum erat exortus & inconnivis oculis semper in cada-
ver intente nec actus usquam devertenda. imo ne obliquan-
da quidem. Ceterum Magis univ[er]sa secreta prolixo
opere congestit Martini Delto virmultæ lectionis
& Eruditionis. quo Lectorem remitto.*

v. 88. JAMQUE ALTÆ CECIDERE JUBÆ)
Jubæ anguibus & draconibus tribui solent, quæ quidem
cristæ sunt in eor[um] capitibus eminentes. Noster
v. 61.

--- --- *ille suis hæc vibrat fulgura cristis.*

Eodem modo etjam illud lib. IV. ad Herenn. intelli-
gendum: *Iste cotidie per forum medium tanquam juba-
tus Draco serpit.* Confer Plaut. Amphit. Act. V.

v. 90. CEB REFLUENS PADIS) Plin. lib. III.
cap. 16. scribit fluvium. Padum è gremio Vesuli montis
celsissimum in catumen elati sinibus Ligurum, Gubernio-
rum visendo fonte profluentem condentemq; se cuniculo in
Foro Julensium agro iterum exoriri, nulli annuum clari-
tate inferiorem. Nilus fluvius septem ostiis notissimus,
Alpheus autem fluvius est in Elide Peloponnesi re-
gione, quem Pausanias lib. V. tradit occultis me-
tibus subter mare labi, & in Aretusam Siciliæ fontem
desinere. Quod vero Noster porro dicit:

--- SEPTEM PROIECTUS IN AMNES NILUS)
septem Nilus ostia tribuens, cum illo Prud. convenit
Symm. lib. II.

--- --- *repidiq; levant septem ostia Nili.*

Ovid. II Metam.

--- & septem digestum in Cornua Nilum.

Ammian. pulchre easuis distinguit Nominibus lib.
XXII, *Herachiotius, Sebenniticus, Bolbiticus, Pharniticus,
Mendesicus, Taniticus, Pelusiacus.*

v. 94. SUUMQ; SIMUL FLEVIT CRUDELIS
ALUMNUM (Cum superiora convenit, ubi Medea di-
cit v. 630

*Meg pavēs contra solam videt, ac vocat ultro,
Ceu solet, & blandā pōscit me pabula linguā.*

v. 102. CEDE DEO) Somnum intelligit, quo draconem victum sopiverat. Deum enim vocari supra docui ad v. 69. Hoc vocabulo motus Clariss. Barth. v. 105. legit *Æsonide Deus mitte moras*, ubi fide Carrionis & Manuicr. codicis prius, *Æsonide dimitt moras* erat, hoc est: Moras quas timor & cunctatio ex eo orta facturi erant, Diis relinque, tu hoc age, dum tempus agi rem.

v. 112. FIDENS CRETHEIA PROLES) Iasonem intelligit. Crethus enim Æoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æsonem genuit, Alcimedontem & Amithaonem; Æsonis autem fuit Iason.

v. 125. TALIS AB INACHIIS NEMEE TYRINTHIUS ANTRIS) Herculis laborem tangit, quo in Nemea sylva juxta Cleonas, inusitata Magnitudinis Leonem jugulavit & detractam pellem pro insigni gestavit. Hinc in eadem sylva in honorem Herculis sacra quaedam certamina celebrari consueverunt, quæ ab hac sylva Nemeæ dicta sunt, ubi victores apio coronabantur. Dicta est etiam hoc nomine Nemea tota regio sylvæ vicina. Mart. lib. 1.

Non Marathon taurum, Nemeæ frondosa leonem

Arcas Menalium non timuisset aprum.

133. AC RAPTA VICTOR CONSISTIT IN HASTA) Ex Victorum habitu hoc sumit, qui gloriabundi de facinore egregie patrato solent hastas solo fixas manu tenere.

v. 136. HINC SUBITIS INFLEXIT FRATER IN ARMIS) lego: *hunc subitis*: horrorem; videlicet, objectâ spe recuperationis. Amissam filiam horrore summo audit pater. Inflexit vero summum horrorem su-

bitis in armis visus filius, unde spes, ammissa omnia recipiendi. Conuenit autem cum horum verluu-
sententia Apollonius lib. IV. v. 212.

Ἦδη δ' αἰήτη ὑσθῆνοσι πᾶσι τε κόλχοισι
Μηδέης φέει πύσθε ἔρωσ κἀ ἐγ' ἐπίπυτο.
Ἐς δ' ἀρρῆν ἀγροῖν οὐ τούχεσι δόσα τε πότις
Κύμασσι χειμερίοιο κόρυς· τῶν εἰς ἀνέμοισι.
Ἦ ὅσα φίλα χαμᾶζε φεικλαδί· πέσεν ὕλησ.

V. 140. MATER ADHUC AMBAS TENDEBAT

IN ÆQUORE PALMAS) Non videntur hi sequentes versus, quibus Mater Medæe introducitur filiam inclamans, à Valerio esse: Humiliores enim sunt & generosum Valerii spiritum non videntur representare. Unde facile in sententiam Carrionis contentio qui superius v. 105. *κίχθ' ἔφυγε γαρτίσ* & Valerii poema finitū est, juxta codicis Manuscripti fidem. Ceterum quod Noster de Matre, Apollonius de Patre Medæe refert: ita indignandum introducens v. 228,

Αὐτὴρ ἀναξ' ἀτῆ πολυκήμενι χεῖρας ἀέρας
Ἥλιον κἀρ ἕηναι κακῶν ἐπιμαρτυροῦσ ἔργων
Κέλετο δέναι ἢ παντὴ περσοχέδαν ἦ πύσ λαῶν
Εἰ κη οἱ κέρην ἀντιχρεῖται ἢ αἶα γυῖων
Ἡ πλατῆσ ἀρεβίτις ἐτ' εἰν ἀλὸσ οἰδμιαπὶ νῆα
Αἴξεν.

V. 150. VELLE M INQUIBUS UNCIS UT

VOLUCRIS POSSEM PRÆDONIS) optat Mater Medæe (quam nonnulli Idyam, nonnulli Eurylyten esse voluerunt) ut in avem mutata navem insequi & pœnas ab Iasone sumere possit. Qualis Nisus olim fiebat, qui in halætarum volucrem commutatus navem Minois insequerebatur, filiamq; Scyllam, Minois thalamos sequentem repetebat, ut pœnas de ambobus posceret. De Scylla quidem, quod carentem frustrata dolo aliquo urbem Megaram Minoi (cujus amore exarserat) deditisset. De Minoe autem, quod Megaram per dolum in suam

suam potestatem redegisset. Quam fabulam Poeta
ob oculos habuisse videtur. Confer Ovidium lib. IIX.
Met. fab. 3.

V. 152. ALBANO FUIT HÆC PROMISSA TY-
RANNO) De Sponsalibus Medææ cum Styro Albanos
fuerat duce, superius egi. Tu confer. v. 459.

*Tum gener Albanis Styros qui advenerat
oris. &c.*

Promissa aurem eleganter dicit, quia formula ista: *Pro-
mitto tibi Coniugium* apud veteres in Sponsalibus fre-
quentabatur: Ovidius:

Si tibi Coniugium volui promittere nostrum.

Et apud Euripeden Oreste, Apollo hortatur ut sero-
rem collocet Pyladæ: *Seroris connubium cui promisisti da.*
Et Orestes promittit se ducturum Hermionem his
verbis:

Ecce dimitto Hermionem à nece

Et promitto coniugium si dederit pater.

Noster v. 420. inferius:

----- *Promissaq; serva*

Vsq; ad Thessalicos saltem connubia portus.

It. *Jura fides ubi nunc promissaq; dextera dextra?*

Promissus socios ubi nunc Hymeneus in amos?

Pertinetq; promissionis verbum ad stipulationem.
Nam quoties promissionis mentio fit, ibi intelligen-
dum interrogationem præcessisse. Et ejusmodi pro-
missio censetur pura & initium sumere ab eo tempore
quo fit. Ita veteres aliàs hæc verba: *Spondeo, Promitto*
rebus maximi momenti & stipulationibus, hoc est, con-
tractui omnium firmissimo adhibebant, quod us in
sermone Latino nihil esset significantius. Plautus.
Bacchid.

Roga hunc in, tu promitte huic. N. promitto.

v. 160. HOC ERAT INFELIX REDEUNT NAM SINGULA MENTI) repete initium lib. Septimi & finem libri VI. ubi Medea, tum amore æstuantis, mores exprimuntur. Quod vero Poeta dicit v. 164. *Errantesq; genas*; pro colore instabili genarum accipit, qualis est amantiura. Item alieno gaudere vultu dixit eodem modo. pro invitâ læticiâ. Qui enim non ex animo ridet nec exhilaratur, sed coacto tantum reidet: non suo sed alieno vultu gaudere dicitur. Sic apud Horat., lib. II. sat. 3.

Cum rapies injura malis ridente alienis.

Non enim suis ridere *Malis* videtur, qui in vicus læticiam simulat, cum ejus pristinus non agnoscat vultus, nec pristinus ridentis habitus. Sir. XL. *Offe sind nicht alle frölich die da lachen.*

v. 181. MEMINQUE Ô TIPHY THORUM) Tiphys infabricandis navibus singulari arte celebris fuit, & Argonautarum gubernator, de quo superius pluries Poeta egit. Confer Virgil. Bucolicis Eclog. 4.

v. 183. MUTANDUM Ô SOCII NOBIS ITER, ALTERA PONTI ELUCTANDA VIA EST) Non per eandem viam Minyæ redierunt, sed aliam ingressi sunt, cum ut instantes sibi mari Colchos, tum ut Cyaneas petras effugerent. Ita enim Apollon. lib. IV. v. 253.

Αυτίκα δ' Ἀιοανίδης ἐμνήσαστο, σὺν δὲ καὶ ὄϊκος

Ἥρας; φησὶν, ἃ δὲ πλοῖον ἄλλοι ἔειπεν

Ἐξ αἰῆς ἔσοειδ' ἀνάϊσθ' δὲ τέτυκτο

Πάσιν ὀϊκῶς ἀργῶν ἢ λιλασιμένους ἀγέρσει.

Νεισόμεθ' ὀρχοῦμεν ἔσθ'.

v. 185. HAUT ROCHE HINC INGENS SCYTHICI RUIT EXITUS ISTRICI) Ister Germanicis jugis oritur, effusus monte, qui in Rauracas Gallia spectat, Sexaginta amnes in se recipit, omnes fermè navigabiles, septem ostiis Pontum influit, teste Solino Cap. 19. Hinc nosser v. 187. *septem illum aquis exire dicit & septem*

offia pandere. Plinius tamen & Tacitus sex tantum tribuunt. Stautus autem Sylv. lib. V. Ammianus lib. XXII. Herodotus, Claudianus, Arrianus, cum Solino & Valerio septem ponunt. Quod vero Valerius *ingentem* dicit hujus fluvij exitū ob multitudinem amnium, sit, quorum Sexaginta teste Solino recipit. Inde etiam *Multifidum* amnem dixit Lucanus lib. III. & lib. II. de eodem:

Ister casuros in qualibet aquora fontes

Accipit, & Scythicas praeceps eructat in undas.

Ovidius Binominem vocat I de Ponto.

Stat vetus urbs ripae vicina binominis Istri.

Nam eā parte, qua Scythicis allabitur oris, à fonte usq; ad cataractas, quae sunt in montibus Daciae, non procul à Taururo oppido, *Danussius* vocatur à Scythis, vel potius *Danubius*; quos inde *Barbaros Istri* accolae vocat Alianus cap. 37. Taçt. Ταπεινὴ δὲ τοῦτον χῆμα μάλιστ' ἀπὸ τῆς ἀπὸ τὸν Ἰστρον βαρβάρους. Et pari Livius modo, de iisdem lib. XXXIX. *Missis ad accolae Istri fluminis.* Caeterum hunc amnem prolixius nobis describit Apollon. v. 282.

Ἐπὶ δὲ πρὸ ποταμοῦ, ὅπου κέραι ἄνευ αἰῶ,

Ἐβρουσπε ἀποβαθρῆτε καὶ ὀλκάδι νηὶ ἀπῆσθε.

Ἰστρον μιν κάλσοντες ἑκάς διεσκευασάντο

Ὅς δή τινι τείως μὲν ἀπέειργον τέμν' ἄβρουσον

Ἐἰς οἴου (πικρὰν ἤ ὑπὸ ἀπὸ βορέας

Ῥιπείοις ἐὶ ὄρεσιν ὑπὸ ποταμοῦ μορμύρασαν.)

Ἀλλ' ὁπόταν θρηνησῶν στυγέαντε κοῖθησεται ἄβρουσον.

Ἐνθα δὲ χεῖρ' ἄνευ τὸ μὲν ἔνθα μετ' ἰονίην ἄλλα βάρους

Τῆδ' ὕδαρ. τὸ δὲ ὅπου τε βουδὴν ἀπὸ κολπὸν ἴησι.

Ἐπιζυγῶν πόντε τρωακικῶν εἰσοικησὶν

Γαῖη ὅς ἡμετέην προσακέλευται' εἰ ἔπειθ' ἐθ

Ἰμετέρης γαίης ἀχολαίῃ ἐξωνήσιν.

Ex qua descriptione aliam nominis rationem videre est praeceper superius allegatam quod nempe Ovidius

Binominem vocitet, quia videlicet v. 289. Apollonius.

ὁπότεν θρηικῶν σπουδαῖαντ' εὐεχέσεται ἕρως
 ἔνθα δειχθὲν τὸ μὲν ἔνθα μετ' ἰονίην ἄλλα βάλει.

v. 286. FUNDERE NON UNO QUEM TANTUM FLUMINA CORNU) Cornu veteres magnis fluviis tribuebant, praecipue Istro, unde & Apollon. d. l. & vers. dixit:

ὑπὸ τον κέρασ ἀκεανοῖα.

Qua etiam forma Acheloum atq; alios fluvijs fingere soliti sunt Romani, apud quos etiam usitatum fuit cornu quodpiam omnium fructuum copia & ubertate conspicuum fluvijs adjungere. Alian. πεικ. 199. lib. II. c. 33. Τῆν τῶν ποταμῶν φύσιν καὶ τὰ βέλτερά αὐτῶν ὁρῶν ἔδωκε ὁμῶς δὲ οἱ πρῶτοντες αὐτῆς. καὶ τὰ ἀγαλλμῶτα αὐτῶν ἐξ ἡμαρτῶν, οἱ ἄλλοι ἀποδομορφοῦσιν αὐτῆς ἰδρῶσαντο, οἱ δὲ βροθὸν εἶδον αὐτοῖς περιήθησαν. Hinc etiam fluvijs cornigeros passim à Poëtis Bicornes appellari videre est, ob ubertatem & rerum omnium abundantiam, commoditatēq; quas vicinis regionibus subministrant. Causam variè adsignant Auctores. Festus: Taurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus, quod sunt atrociora, ut tauri. Acron. ad Horat. lib. IV. Od. 14. Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus finguntur propter impetum & multitudinem aquarum. Tzetzes ad Hesiodi ἀπίδα in εα verbo τῶν ἐκονοστήριον ita scribit: Ἦσαν δὲ τὸν τῶν κινεῶν ἦσαν ὡς ταύροι ἢ μυκῶνται ἢ ὅτι ταυροειδῆς εἰν. ἢ ὅτι ταυροὶ πεσειδῶν ἐν πόλει βοιωτίας. δὲ τὸν ταύρου. ἴσως αὐτῶ καὶ μάλιστα ἐκ ἑλληνῶ δὲ τὸ καὶ ταυροειδῆς τὰς ποταμῶν. Sophoclis Interpres Trachinias οἱ ποταμοὶ ταυροειδῆς διατυπῶντο ἢ ὅτι μυκῶνται εἰς παραπλήσιοι περὶ τὰς οὐβόλας, ἢ ὅτι ἀίεσι τὴν γῆν ὡς οἱ βοῆς. ἢ δὲ τὸ τὰς νομάς παρα τὰς ποταμῶν εἶναι. Fortan etiam à Magnitudine hoc natum. Nam Graeci veteres omnia prae grandia & violenta τῶν voca-

vocabant. St
 ἡμερῶν
 Cornu flum
 rum, quod
 fluctant
 moles jacit

Ita Virgil
 partem lig

Cornu

v. 11
 CORYMBE
 coronabatur

Sed v. 11
 v. 200.

Confer v. 29

ὡς ἄρ' ἰδῶ
 Αἰανῶν

Σπῆρες
 Οἰσχυρῶν

v. 12
 DE MIN
 ribus Deo

tant, quod
 Tzetzes ad

ταυροὶ πρῶ
 ταυροὶ. Ho

καὶ ἀγαλλ
 τῶν ἀλλοτ

quentum rej
 Trif. Eleg

Est mi
 No

In Hero

vocabant. Stephanus in τῶν ἑπιπέδων καὶ παλαιῶν πάντες
 ἔστι μεγάλα καὶ βίαια ἐπιπέδωτος. Videri etiam possit
 Cornua fluminum dici ob flexus & curvaturas alveo-
 rum, quod multis in locis ad cornuum similitudinem
 flexantur. Cic. Attic. lib. IX. Ab utroq; porius Cornu
 moles jacimus. & Valer. Noster. lib. I.

Elatis cornibus amnes.

Ita Virgil. cornua Antennarum dixit, utramq; antennæ
 partem significans. lib. III. Æn.

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

v. 194. NON TOTIS ARGO REDIT ECCE
 CORYMBIS) Corymbi unæ hederarum sunt, quibus
 coronabatur Bacchus. Tibull.

Sed varij flores & frons readmita Corymbis.

v. 200. PROTINUS INDE ALIOS FLECTUNT)
 Confer v. 294. Apollonii lib. 3.

Ὡς ἄρ' ἴσθ' ἅπασιν δὲ θεῶν τέρας ἐξυάλιξε
 Αἴσιον, ἃ καὶ πάντες ἐπέφημισαν ἰδόντες
 Στέφανος τὴν δ' οἶμον. ἐπιστῆναι δ' ὀλοὸς ἐτύχη
 Οὐρανίης ἀκτῆν', ὅπῃ καὶ μόρσιμοι ἦεν.

v. 203. HÆSERAT AURATÆ GENIBUS ME-
 DEAE MINERYÆ) Solebant veteres in navium pup-
 pibus Deos pingere, in quorum Tutelâ eos esse vole-
 bant, quod & superius v. 301. lib. I. attingi. Isaacius
 Tzetzes αἱ πρόμοι τῶν πλοίων τῶν βαρβαρικῶν, καὶ εφο-
 ποικῶν θεῶν ζωοποιημένους εἶχον, ἃ δι' ἀσέβειαν ἐκ ἡν πε-
 ἴκασε. Homeri interpres Iliad. IX. ἐπὶ τῶν ἀκροστολιῶν
 ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες θεῶν. Senec. Epist. 77. Navis
 bona dicitur non qua preciosis coloribus picta, nec cui ar-
 genteum rostrum est, nec cuius tutela ebore celata est. Ovid,
 Trist. Eleg. IX. lib. I.

Est mihi sitq; precor flava tutela Minerva,
 Navis & à pictâ casside nomen habet.

Et in Hero. dum Epistolis :

*Addimus antennas, & vela sequentia malos
Accipit & pictos puppis adunca Deos.*

Sic auroram Nofter vocat Minervam, in cujus, ut de Junonis tutela Argo navem fuisse sapius monui. *Ant*
rata autem, hoc est, auro pictam: ut Ovid. alibi:

----- & pictos verberat unda Deos.

Horatius quoq;:

Nil pictis timidus navita puppibus

Fidit:

Perf. Sat. VI.

----- jacet ipse in littore, & unâ
Ingentes de puppe Dei.

Ubi puppim Dei vocat, quæ imaginem cujusdam Dei pictam habebat. Sic Lycophron Europam tradit raptam navi τρωγοφόρη hoc est Tauriformi. Ea etiam causa est cur puppi Coronas imponebant. quod ibi Sacrum navigij erat. Maro I. Georg:

Puppibus & leri nauta imposuere Coronas.

v. 204. ATQUE IBI DEJECTA RESIDENS
IM LUMINA PALLA) ob meliorem verius intellectum cum Turnebo malim: atq; *ibi dejecta residens sub tegmine pallâ.*

v. 208. ILLA THOANTE Æ TRANSIT DEFLEXA
DIANÆ) Nemini non puto hujus versus lectione, magis in *desleta* quam in *deflexa* animum deflecti. Respicit enim v. lib. VI.

*Hanc residens altis. Hecate Perseia lucis
Flebat.*

Thoanteam autem vocat à Thoante Tauricæ regionis regem. Regnum enim Diana habebat in Tauricâ Cheronæso, Perseis vel Perseia supra à Valer. dicta. Plures enim Dianæ fuisse Cic. lib. ult. de Nat. Deorum testatur. Sed illa nominatissima est, quæ eodem partu cum Apolline ex Jove & Latona nata est.

v. 213. AD SERAS SI QUANDO DAPES) Si quando eleganti modo dictum reperitur, ut infra v. 216.

Præcipuèq; sui si quando in tempore pulcher

Conjugij Minyas nūquam magis eminent inter.

Pari elegantia Si forte usurpatur Cic. lib. I. Ep. I. ad Q. Fratrem. Et lib. 3. de Orat. Ex quo vereor ne nihil sim &c. Sic à Græcis εἰς τὴν ἄρα Synesius: ἡρεσι φείσασθαι ἄρα μὴ σιωπῶντες.

v. 214. SI QUANDO DAPES HAS CARUS IASON IPSE DABAT) Ita lego potius, pro eo quod Carus habet: *Ad seras si quando dapes quas carus Iason ipse dabat.* Nam non nisi dante Jafone vult capere cibum. Itaq; ordo verborum hic est: Medea vix allevat (vel ut alij *elevat*; non autem ut alij *allunt*) ora ad seras dapes, si quando has carus Jason ipse dabat. Quæ transpositio non inusitata, nec obscura est.

v. 215. JAM NUBIFERAM TRANSIRE CARAMBIN SIGNIFICANS) Melius versuum horum sensum capies, si v. 216. seq. legeris pro hortatur, *hortatus*. Jason enim in mærore jacentem Medeam crebro excitat, hortatus eam ut ad videndos jam Græcia montes se erigat, significans jam nubiferam transire Carambin & regna Lyci. Quod porro ex Apollonio est: Ille enim ita v. 298. lib. IV.

Γηθόσωοι ἢ λύκοι κατ' ἀντίθετα παῖδα λιπόπτε
 Λαίφεισι πεπταμένισιν ὕπερ' ἄλα γαστρίδωντι,
 Οὐρεα παφλαγίων, ἡβελίδων: ἔδε Κεργεβί
 Γυμψαν, ἐπεὶ ποικίλ' ἐκεί δ' ἔσθ' ἐπιπύργου ἀνύλη
 Μείων, ἔως Ἰσθμοῦ μέγαν ποταμὸν ἰσαφικόντο.

Quod item v. 217. disit Noster:

Insula Sarmatica Peuce stat nomine Nympha,

Melius ex illo Apollonii intelliges, v. 307.

Τῷ καὶ ὑπεφθι τῆσθε βαλάν ὑπὸ αὐχένα γαῖα
 Καλπον, εἶσι πέντιοι κ' ἀνέχουσι ἰσίοιο
 Ἰσθμὸν γάρ τις ἰθὺς ἐργαζομένη, ἕναμα πάλιν

Τεργλῶ

Τεγνώσιν, ἀφ' ὧ μὲν ἐς αἰγιαλὸς ἀνέχουσα
 Στενὸν δ' αὐτ' ἀγκῶνα ποτὶ ῥόον.

V. 224. IPSA AUTEM INVITÆ JAM PALLADE
 DOS ERIGIT ARAS) ordo & sequentium versuum
 ratio evincit, trahenda hæc ad Jasonem, ideoq; pro
 Ipsa legendum *Ipsæ Invitæ* autem *Pallada* dicit, quia
 alterius Deæ, videlicet Veneris, potestate conjugium
 subibat; unde mox dicit, ipsum nec *spornere Idalia nu-*
men. Cui proinde ut Palladi, simul aras erexit, ut sacrifici-
 enis ejus numè sibi placaret. Id enim veteribus in more
 erat, ut ante Nuptias sacrificarent: Pausanias. *Τὴν δ' ἄρα*
ἦν ἴσας τ' ἴσων ποτὶ τὴν ἐλίνης ἐξ ὄρκου μνηστῆρας ἰσὰς ἐπὶ τῷ ἴπῳ
πῶν ποιῶν. Polyænus lib. IV. *Τὸν τὸν Νικαίαν Ἀντιγ-*
νηστῆρα τῶν ἠδ' Ἀθηναίων μνηστῆρας ἢ δὲ ἀσμένη μετὰ τῶν βασι-
λέων καὶ ἀφ' ὧ γάμοι αὐτῶν ἐπέθικεν. ἢ ἦν ἴσος μνηστῆρας ἐπὶ
πῶν ποιῶν ἐλίνης. Dicebatur igitur tale sacrificium
ἴσας γάμοι καὶ ἀφ' ὧ γάμοι, & *ἴσων ποτὶ τὴν ἐλίνης*. Fiebat vero non so-
 lum Veneri, sed & Junoni & Gratiis. Et hic mos et-
 iam Romanis in usu fuit, ut ante matrimonium copu-
 larent, item in divortio, eorumq; *Confarreatio* atque
Diffarreatio inde ortum traxit: apud quos etiam Spon-
 sis & Sponsa dicebatur quod *προιδὸς* interpositis rebus
 divinis facerent, teste Festo. Hinc Seneca octaviâ
 Act. IV. consuetudinem Romanorum tangens:

Formam senatus thura cum superis dares,

Sacrasq; grato spargeres curas mero

Velato summam flammeo tenui caput &c.

Achilles Statius lib. II. *Quam igitur ante Nuptias fieri*
mos est, rem divinam pater faciebat. Et lib. VIII. *Patrem*
ob sororis Nuptias postero die sacra facturum comperimus.
Affirmamus itaq; ut unâ operiremur: Deosq; ut nostrum omni-
 um nuptias felices fortunatasq; esse vellent, precaremur.
 His consentanea tamē sunt quæ Varro tradit lib. II. de
 re rusticæ. & ex eo Blondus. *Apud Hetruscos in conjunctione*
 Nupti-

Nuptiali novum maritum & novam nuptam primum pro-
 curam immolare consueviffe. Apud Bœotos & Locros nuptia
 rata non fuerunt antequam in ara Eulie Virgini dicata
 libassent vir & mulier. Omnib. enim focus ara est & simi-
 lacrum & ante Nuptias ei cum Sponsa tum Sponsi sacrifi-
 cant. Plutarchus in Aristide. Xiphilinus narrat Sena-
 tum Mar. & Faustinae decreto statuas argenteas de-
 cem Romæ in templo Veneris collocaffe, aramq; ex-
 trahi iussiffe, in qua Virgines, quæ nubarent, cum Spon-
 sis sacrificarent. Junoni autem inter reliquas Deos
 cum primis libabant, idq; felle dempro, quod in templo
 Junonis defodiebatur, quod nullam inter virū & uxore
 rem discordiam esse vellent. Plutarchus in Præceptis
 Connub. Euseb. lib. III. de præpar. Evang. Qui Junoni
 sacrificant, bilem in sacris non adhibent, sed eam juxta aram
 infodiunt, mystice significantes bilem omnem à Nuptiis ab-
 esse oportere. Briffonius late in tract. de ritu Nuptiar. Et
 Bonifinus de Castit. conjug. Hinc de Didone Virgil:

--- *Mactat enim lectas de more bidentes
 Legifere Cereri, Phœboq; patriq; Lyæo,
 Junoni, ante omnes cui sacra jugalia cura.*

Hinc & Juno ipsa τελεία dicebatur quasi Matrimonii
 absolvens. Quo faciunt verba Plutarchi in αἰτίαις
 quæst. 2. πέντε θεῶν ἑῶν πρὸς γαμήντας ὀνομαζέσθαι Διὸς τελείας.
 καὶ Ἡρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ποιδῆς, ἐπὶ πᾶσι δὲ θε-
 ταίῃσι. Et Nuptiæ τέλει dicebantur & nubentes τέ-
 λειοι, quod Nuptiis matrimonium absolvebatur & fi-
 nem accipiebat, à τελείω, unde ὡς τέλεια convivía ante
 Nuptias. Suidas Ἡρο, dicit τελεία καὶ ζεύς τέλει ἐπι-
 μῶντο ἐν τοῖς γάμοις ὡς ὡς πύλαις ὄντις τῶν γαμῶν, τέλει δὲ
 ὁ γάμος. Vel ut Pollux τελείον γάμος, ἐλέγεται ὡς πύλων
 ὡς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων.

V. 228. QUALIS SANGUINEO VICTOR GRA-
 DIVUS AB HEBRO Martem intelligit, qui Deus est
 Thra.

Thracia, in qua Hebrus fluvius est, natus juxta Adriam
 nopolim & in Ægeum mare labens e regione Samo-
 thracia Insula. Hinc à Valer. dicitur *Mars redire ab*
Hebro, Quodq; Thracæ præ reliquis bellicosi erant,
 ideoq; Sanguineum vocat. Quam gloriam Noster
 huic genti aliàs adsignat lib. VI. v. 664.

---- *cæcâ sed cuncta impellere pugnâ*
Debuius? sic Thracæ agunt ----

Et Manilius:

---- *Thracæ Martem sortita colonum.*

ubi in Martem Deum Thracia vocat. Statius Thebaide
 Thraciam Martis sedem facit. Idq; non aliam ob cau-
 sam, ut dixi, quam quod bellicosa ea gens fuerit, quod
 & Vegetius lib. I. de Re milit. & Arnobius lib. IV. pu-
 tant Phormus: *Τιμῶν δὲ ὁ ἄρης τὸ θεῶν μάλιστα*
καὶ Σουδῶν καὶ τῶν περὶ τὸν ἔδραν λέγεται, ἐπεὶ παρ' ἐκεί-
νοῖς τῶν περὶ τὴν ἡμετέραν ἐνδοκίμων καὶ τὸ ἀνεπιτρέφεις τῆς
θεῶν. Arnob. d. I. *Quis spartanum fuisse Martem prodi-*
dit? Nonne Epicharmus auctor vesier: quis in Thracia fini-
bua procreatum, non Sophocles Articus cunctis consentienti-
bua theatru? Per Idalium autem Cypri oppidum intel-
 ligitur.

v. 231. ALCIDÆ INVISERE MENSAS IAM
 DATUR & FESSUM JUNONIA SUSTINET HEBE)
 Hercules post exantlatos durissimos labores inter De-
 os est relatus, quod superius doceo ad v. 35. L. IV. Illi
 ergo, cum tō relatus esset, Hebe uxor data est, ut au-
 thor est Servius. *Iunoniam* autem vocat *Heben*, ut
 Ovid. lib. IX. *Metam*:

Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe.

Hebe enim filia Iunonis esse credebatur absq; patre,
 quam postea Jupiter ob formæ præstantiam ad officii
 um pincernatus adsumsit. In cujus autem locum post-
 modum Ganymedum iunctum Poeta fabulantur.

v. 237. IPSA SUAM DUPPLICEM CYTHEREA
CORONAM DOMAT) Nuptialem coronam duplicem
fuisse Poeta testatur, unde Virginealem simplicem fuisse
suspicio est: Confer. v. 6. lib. hujus.

v. 239. SIC UBI MYG DONIOS PLANCTUS SA-
CER ABLUIT ALMO) Cybeles sacra superius attigi
v. 635 lib. præcedentis. Ex illis erant ista quibus in flu-
vio Almone, juxta portam Capenam Romanorum
(ubi non procul ab urbe Tiberi miscetur) Cybela la-
vari solebat cum suis ministris, qui in Deorum mini-
sterium inter se ad sanguinis usq; effusionem digla-
diabantur. Quod in fluvio Almone fiebat, propterea
quod cum Romani profecti Pessinante (resse Valerio
Max:) Deæ simulacrum adveherent, & navis in Ty-
beris vado habitans nulla inde vi hominum moveri
posset, accesserit Claudia virgo Vestalis, incestus cri-
men falso objectum refutatura & ad Almonem usq;
protraxerit. Ea sacra XI. Calend. Apriles fiebant, quo
die *Lavatio Deæ matris* fiebat. Vnde Arnobius p. 348.
Lavatio Deæ matris est hodie. Ad quæ verba puertiles
Elmenhorstius: *Sordescunt Divi & aut sordes eluendas la-
vantiibus aquis opus habent.* De his sacris Papinius intel-
ligendus lib. V. Sylv.

*Est locus ante urbem, qua primum nascitur in-
gens*

*Appia, quæq; Italus gemitus Almone Cybele
Ponit & Idæos jam non reminiscitur amnes.*

Silius Ital. lib. VIII. Punicorum.

---- tepidog lavant Almone Cybelen.

Ovid. IV. Factor

Est locus in Tybrin quo lubricus influit Almo

Et magno nomen perdit in amne minor.

Illic purpureâ canus cum veste sacerdos

Suppens Dominam sacraq; lavit aquis.

Mar.

Martialis: lib. III. Ep. 47.

Capena grandiporta qua pluit gutta

Phrygiumq; matris Almo qua lavat ferrum.

Vide Admiranda Ethnica Theologiae Ioh. Friderici Hervart p. 171. parte prima, ubi de Matre Deum, & Lapide ejus, quem Magnetem putat, egregia narrat. Per *ferrum* cultros accipe sanguinolentos, quos eo fluvio pariter Sacerdotes abluabant. Unde ridiculus mihi fit Carrio, qui pro ferrum non dubitat substituere Ferrum veteris hoc codicis autoritate stabilens, quo insignem suam audaciam nobis prodit. Confer Claudianum bello Gildonico. Prudent *in* Epist. X. Ammiana, lib. XXVI. Ambrosii in Symmachum. Augusti de Civit. Dei lib. II. c. IV. qui omnes sacra hæc Cybeles plenius pertractant. Adietiam Clariss. Lindebrogium ad Ammianum lib. XXIII. p. 127. Item, Greg. Gyrald. hist. Deor. syntagm. IV. p. 136. Cæterum ob meliorem versus intellectum ubi infra est: *aut ipsi qui jam meminere ministri quid jam pro qui jam leges addita nota interrogationis.*

v. 243. INDE UBI SACRIFICAS CUM CONIUGE VENIT AD ARAS) Veteres ante Nuptias sacrificasse paulo superius demonstravi, idq; ante aras fiebat, ubi sponiones plenus confirmabantur, ut tantæ re testis esset Deus. Stat. Papiæ. Thebaide II.

Viderat hoc conjux perituri vatis & aras

Ante omnes epulasq; trucem secretæ coquebat

Invidiam,

Illeq; mos apud nos adhuc servatur plerisq; in locis. Ubi autem extra publicam ædem, elanculum in lateribus privatarum ædium sacre ejusmodi sponiones cum à Myrtis tum à Sponsis peraguntur, in veterem Ecclesiæ consuetudinem peccatur, nec vel Ethnicorum illam Religionem adæquare à Christianis, palam & in propatulo est. Plato pro lege hoc sancit. lib. V. de

de Republ. ut nemo sine placatione Numinis divini ad coniugium accedat, sed sacris prius ritibus & solennitatibus illud Deo consecret. *Vota & sacrificia in singulis, inquit, Nuptiis peragent sacerdotes, & omnes tam viri quàm mulieres, quam civitas universa prætabitur, ut ex bonis meliores fiant.* Itaq; apud Romanos à convivis acclamari solitum fuit Sponsò & Sponsæ **FELICITER.** Cujus acclamationis meminit Juvenalis:

Signata tabu' e dictum feliciter ingens

Cœna

Et Tranquillus in Domitiano: *In reducendo post divorcium uxori acclamari audiit libenter DOMINO ET DOMINÆ FELICITER.* Et Appianus lib. V. de bellis civilibus. *Cum Casar Octaviam Antonino collocaret, dictum feliciter consequentibus faustis acclamationibus, quæ per totam diem noctemq; continuata sunt; Et Athenis moris fuit, ut puer, cui uterq; patens esset superstes, in Nuptiis obambulare, spinasq; cum glandibus & vannū panibus plenū gestans diceret, Effugi mala & inveni meliora, mutationem in melius significans.* Suidas. Unde constat quam honorificè de Conjugio senserint & locuti sint Ethnici religionis Christianæ expertes: Quorum exempla Christianos afficere debebant, ne clam, aut in occulto ruris æculi angulo, (ut illa ait) sed in conspectu Dei opus peragant connubiale.

v. 246. UT DEXTRUM PARITER VERTANTUR IN ORBEM) Solebant veteres, cum ad aras venissent, ante quas Nuptiæ condicebantur, in orbem dextrum converti, omnis gratiâ. Idem mos observabatur cum redirent aliquo, unde discesserant, ut pedibus primum dextris niterentur, ne malè cederet, scilicet re infectâ, cujus gratiâ prodierant loco eum repeterent. Petronius Arbiter ita intelligendus: *Ceterum ut movimus dextros gressus, servus nobis despoliatus præcubuit ante pedas, & rogare capit, ut se parva eriperemus.*

nec magnum esse peccatum suum propter quod periclitatus
 est. Subducta enim vestimenta sibi dispensatoris in balneo,
 qua vix fuissent X. H. S. Reclinimus ergo dextros pedes, dis-
 pensatoremq; in triclineo aureos numerantem deprecati
 sumus.

V. ET TIBI JAM NULLOS OPTAVIT BARBARA
 NATOS) Vidit enim Mopsus, natos, quos ex Iasone
 susciperet, ob discidium Coniugis, à Medea interfectum
 iri, quod etiam factum. Vide Euripidis Tragediæ,
 Medeam.

V. 253. SYLVESTRIA LÆTI PRÆMIA VENATI
 FACILI QUÆSITA SUPERSUNT) lego læti: ut ver-
 sui suos constet sensus, quod Carrionem ad vet. cod.
 fidem, non castigasse mirum est. Superesset utinam
 Manuscriptum, quo ille non vulgariter se jactat, non
 tot invidiis & difficultatibus Valerius Noster labo-
 raret.

V. 254. PARS VERUBUS PARS VNDANTI DESPU-
 MAT AHENO) Egressi Minyæ in insulam Peuce-
 niam epulas in littore parant. De his Propert. lib. I. Eleg.
 30. non absimili modo:

*Namq; ferunt olim Pagasæ navalibus Argo
 Egressam, longè Rhasidos esse viam.*

*Et jam præteritis labantæ Athamantidos undis
 Mysonum scopulis applicuisse rarem.*

*Hic manus Heroùm placidis ut constitit oris
 Mollia compositâ littora fronde regit.*

*At comes invicti juvenis processerat ultro,
 Raram sepositi querere fontis aquam.*

Imitatur autem Noster Virgilium Æn. I. ubi canit

--- --- *Verubusq; tremantia figunt
 Littore ahena locant alij* --- ---

ad quem locum Servius: *Ahena locant, inquit, quibus*

videntur non ad elixandas carnes, sed ad se lavandos.
 Quod falso eò trahit tandem, ac si Heroicis temporibus non fuerint usi carne elixa. Hæc falsa esse ex hoc Valerij loco adparet. Ita enim omnes scribant, qui allegatum Virgilij locum imitati voluerunt. Ovid. lib. I. Met.

*Atq; ita semineces partim ferventibus artus
 Mollit aquis, partim subiecto torruit igne.*

Seneca Thyeste. act. IV.

*Hæc verubus hærent viscera, & lentis data
 Stillant Camivis: illa flammatus latex*

Quarente aheno jactat -----

Juven. Sat. XV.

----- *nec ardenti decoxit aheno*

Aut verubus.

Claud. in Eutrop. lib. II.

*Quas figat verubus partes, que frustra calenti
 Mandat aquæ* -----

Quod item Noster. v. seq. ait:

Gramineis aëst inde thoris discumbitur.

Item ex illo Virgilij esse videtur. Æn. VIII.

Hæc ubi dicta, dapes jubet, & sublata reponi

Pocula, gramineoq; viros locat ipse cubili.

Nonnus Dionysiacon libro. III.

----- *ἐπ' αἰγιαλοῖσι δὲ ναῦται*

Ἀσπίδας ψαμῆστοισι ἐπιπέψαντο χαμβύνας

Ἐπὲρ εἰνὴ μὲ δαΐζω.

v. 259. **QUIS NOVUS INCÆPTOS TIMOR IMPEDIIT HYMENÆOS**) Nuptiarum solemnia inter Jasonem & Medeam celebrata poeta enumerat: quæ ab Apollonio itidem ponuntur, sed postquam Minyæ ingressi fines Phæacum, sub ditione Alcionoi. Verba ejus lib. IV, v. 1128:

ΜΜ 2

ΑΥΓΙΝΕ

Αὐτίκα δὲ κρητῆρα περὶος ἀνδρῶν μακάρουσι
 Ἥ ἕμις, εὐαχίως ἐπιθάμια μῆλ' ἱρύσαιτες
 Αὐτανυχὶ κέεθ' Ἰταλαμῆιον ἐντυῶν εὐνῶν
 Ἀντρω ἐν ἡγάθῳ

Item v. 1158 mox seq.

Καθάρα δ' εὐφύθοις ἰσχυμένοι ἀκρεμόντες
 Εὐμελέως, ὄρφῆθ' ὑπαὶ λίγα φορμίζοιθ'
 Νυμφιδίαις ὑμέναιον ἐπὶ αἰετολήσιν αἰεθῶ.

v. 263. **DIRAMQUE PREMENS CLAMORE
 SOROREM**) *Premere* verbum venatorium est, cum se-
 ram venator sequitur, magnosq; clamore canes urget,
 Virgil. III. Georg.

Ingentem clamore premens ad retia cervum.

Et An. I.

Aut spumantis aprī cursivā clamore prementi.

Verum quæ hīc Noster de adventu Colchorum, eadem
 Apollonius habet lib. IV. v. 303.

Κόλχοι δ' αὐτ' ἄλλοι μὲν ἐτώσιω μακρόντες
 Κυνίαις ποταῖοι εἰ ἐν πέτραις ἐπέρσαντι

Et de Ablyrto.

————— τῆ δὲ Διῶν
 Ἀφύρτ' κόλχοιτε ποτέρου ἀρμυρήσαντι

v. 865. **NEQUE ENIM FUGIT EQUORE RA-
 PTOR JUPITER**) *Respicit* fab. ultimam Ovidii lib.
 II. Metam. Jupiter enim in taurum conversus, dum se
 juvenis Agenoris iramiscer, in amorem sui, spaciante-
 tes in arenā virgines pellexit, & cum singulis paulatim
 ludens, tandem Europam. Agenoris filiam, insidentem
 sibi tergo, per mare in insulam Cretam detulit, ibique
 concubitu ejus est potitus.

v. 274. **QUINQUAGINTA ANIMÆ ME SCR-
 LICET**) Confer v. 43. lib. VII.

*Quinquaginta Asiam (pudet heu) penetrarive
 Inson.*

*Exsulibus, meq; ante alios ut spreverit una
Una raris, spoliū ut vivo de rege reportet?*

v. 278. PRIMUS ET ECCE FERRO QUATIOQ;
HANC LAMPADA VESTRE CONIUGIO) Ludit
Absyrtus Amphiboliā vocis *Lampadis*. Lampas enim
& in bello & in solemnibus Nuptiarum usurpabatur.
De bello habet Valer, lib. III. v. 124.

*Ecce gravem nodis, pinguiq; bitumine quassās
Lampada, turbatā Phlegias decurrit ab arce.*

De Nuptiis Varro de vita pop. Rom. lib. II. Cum à ho-
va nuptiā ignis in face adferretur, de fœco ejus sumptus, fax
ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus adferret. Præ-
ferebant autem facem in Nuptiis sive ad observandam
antiquam consuetudinem, quod non nisi noctu dici no-
vas Nuptas à Sponsis mos erat, sive in honorem Cere-
ris, quæ facem in quærenda Proserpina gestaverat, sive
ut nova nupta ignem & aquam, quæ duo in vitâ ma-
ximè sunt necessaria, cum viro communicare videret-
tur. Etenim aquâ quoque adspersi solebat, ut casta
puraq; ad Sponsum duceretur. Atque hinc capio lo-
cum Sratii. Papini.

*Tug, Actæa Ceres, cursu cui semper anhelō
Votivam taciti jactamus lampada myste.*

Et Claudiant illud:

--- --- *sanctasq; faces extollit Eleusis.*

Nostræ de utroq; lib. IIX. v. 245.

--- --- *Ignem Pollux undamq; jugalem*

Prætulit

Fest. Pomp. lib. I. *Aqua dicitur à qua juramur: aqua &
ignis interdici solent, quam accipiunt Nuptæ videlicet, quia
hæc duæ res humanam vitam maxime continent. Hinc
apud Maronem Veneris comites sunt, Aqua & Ignis
ut citavit Turn. lib. XX Adv. c. 26. Ovid. II. Amor.*

*Ista viri captent se iam captanda probabunt
Quos faciunt Iustos ignis & unda Deos.*

v. 285. DIXERAT; ITQ; ORANS ITERUM VEN-
TOSQ; VIROSQ;) Sententia versuum horum perspi-
cua satis, nisi v. 165. *Perg, raris supplex vox remigis illa*
Magistros, aliquomodo eam obscuraret. Quem
proinde Clariss. Barthius institutum putat. Poeta
enim rapidam commoti juvenis incessum designat,
& nil nisi bella crepantem: Absurdum ergo videtur
Magistros & Remiges supplices somnare. Nisi
hæc ad Minyarum classem detorquere velis, quibus
Absyrti vox supplex videri potuit, quandoquidem de
eo Poeta dicit:

--- --- *itq; orans iterum ventosq; virosq;*

v. 287. TORQUENT TRUNCIS FRONDEN-
TIBUS UNDAM) remos intelligit rudi formâ ex ar-
boribus fabrefactos. Vide lib. III. v. 565.

*Jam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat &c,*

v. 294. ULTIMAQUE AGNOSCUNT ARGOE
CORNUA MALI) Antennas navium intelligit, quas
cornua vocabant. Verg. III. ÆN.

Cornua velatarum obvertimus antennarum,
Vide quæ superius ad v. 136. notavimus.

v. 305. PEDIBUS PULSANT TABULATA FRE-
MENTES) Iratorum hic habitus est: manibus enim
& pedibus furunt, subjecta q; terram infliendo pul-
sant. Quod autem mox dicit *vibrataq; flammis Equo-
ra.* ex v. 278. intelligi potest.

v. 314. QUICQUID ET ABSCESSUM) hoc est,
quod jam intervallo maris longè à parentum furore
sejunctum & omnino tutum sperabas. Ita hoc verbum
epud Claudian, usurpatur lib. I. de raptu:

Trinacria quondam
Italia pars una fuit, sed pontus & aestus
Mutavere situm, rupit confinia Nereus
Victor, & abscissos inextulit equore montes.

Silius Ital. lib XIV.

Impactum pelagus lacerata viscera terre
Discidit.

Et Lucanus lib. III.

Curio Sicaniâ transcendere jussus in urbes,
Quâ mare tellurem subitis aut obruit undis
Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras.

Quod autem dicit v. 318.

Haut ita sed segnis summo sedet aethere Iuno.

Ex illo Apollonii est v. 2. 4.

ταῖσιν δὲ θεῶν τέρας ἐψηλάλιζα
Αἴσιον, ὃ καὶ πάντες ἐπεδὲ φήησαν ἰδόντες
Σπέδεδ' τὴν δ' ὄμιλον ἔσχε.

v. 323. VOLUCRUM GENS TURBIDA FRA-
TRUM ERUMPIT) Elegans descriptio ventorum, Con-
fer Virgil. lib I.

Talia flammato secum Dea corde volutans,
Nymborum in patriam, loca facta furentibus
Austris

Eoliam venit, hic vasto rex Eolus antro
Luctantes ventos tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac vinculis & carcere sientat.

Quod autem dicit Valerius v. 330.

jamq; omnis in astra
Iq; redi q; ratis, lapsq; reciproca fluctu
Descendit, trahit hos vortex

Iterum eleganti navis fluctuationem circumloquitur periphrasi. Ita enim navis apparet inter astantes maris fluctus, & mox in altum, mox in profundum vadit. Confer illud Silii ult.:

----- *veniensq; à rupe procella*
Antenne immugit, stridorq; immite rudentum
Sibilat, ac similem monti, nigrante profundo

Ductoris frangit super ora trementia fluctum.

V. 342. JUNGAM IGNIFEROS SINE CARMINE TAUROS) Stirus se iterum tauros juncturum gloriatur absq; beneficiis, quos Medea antea ope Magiae solverat.

V. 355. ITE RATES ET FRANGITE VIRGINIS UNDAM) hoc est, Tempestatem maris, quam Medea videbatur beneficiis concitare. Quae Metonymia est Rhetorica.

V. 364. NULLA POTEST AUT ULLA VELIT) Naufragium Stiri, primi Medae Sponsi describit, quem naufragio tandem coactum, virgine cessisse dicit: Elegans phrasis est, virgine cessit. Et haec denotat betommen. Cum audaculus quis, divitiarumq; & generis altioris plus nimio appetens, cum pudore spe desiderati cadit corcul: Quo dolore nullum majorem ajunt esse, qui expetti sunt:

Non tangat talis pectora nostra furor.

Lego autem cum Sabellico:

Nulla potest haud nulla velit -----

Dicere enim voluit, omnes quidem voluisse, nullam potuisse. *Haud nulla*, id est, nulla non. Ceterum quod Noster de casu Stiri, de Absyrto fratre Medae Apollonius habet, qui Sororem classe persequens, ab illa miserrime interuicini datus est, solita Magiae promptitudine, quam Jason flagitara. Habes lib.

IV. v. 455.

ὁ δ' ἐς λόχον ἦεν ἰήσων

Δέγμεν ἄψυγόντι καὶ ἐς ἰζῶντις ἐταίρους

Et mox v. 465.

Αὐτίκα δ' Αἰσυνίδης πυκνοῖο ἐπαῖλο λόχοιο

Γυμνὸν ἀναχρόντο παλάμη ξίφος ἔσ.

v. 377. CUM SOCIJ lego: Cū sociis: Dicit enim unam ibi Abyrti ratem superstitem cladi non pervae confedisse, deinde socios accessisse. Unde enim classis mox nominetur, si non plures quam una navis fuissent, eaque obsidens Minyas? Apparet igitur vitiosè etiam distinctionem v. 375. post vocem *Ratis*, positam.

v. 395. NEC MARTE CRUENTO EUROPA M
ATQ; ASIAM) Significat Poëta raptu Medez primitus Europam atq; Asiam esse commissam, primamque exinde ortam belli causam. Inde testatur Herodotus lib. I. *Primum bellifacem inter has partes mundi, Medeam fuisse scribens, quae ab Jafone rapta fuit.* Ejus enim exemplam Alexandri um fuisse imitatum vicelq; reddidisse ait.

v. 402. DULEISQ; MOYENT PRIMORDIA
TÆDÆ) Sponsalia intelligit inter Jasonem & Medeam, quae à Panormitano *preambula Matrimonii*, ab aliis *spes Nuptiarum* vel *conditiones preparatoria* appellantur. Graecis *μνηστία*, dicuntur à *μνησάσθαι*, quod est preparare vel providere. Instituit autem illa Medea clam parentibus, ut ex superioribus liquet. A Sponsalibus autem illis, Sponsa *μνηστὴ* vocabatur, Sponsus *μνηστὴς*. Ita Marta appellata, antequam à Josepho docta esset. *Matth. 5. μνηστὴς δεύσας τὴς μνηστὸς τὴς Μαρίας* &c. *Νυμφίος* autem & *Νυμφὴ* dicuntur, quando Nuptiae fiunt, & quamdiu durat solemnitas ista; teste Scoliasse Aristophanis in *Plut.* Quae vox quoq; *Ioh. V.* usurpata legitur. Hinc Suidas *Νυμφίος βίος* citat Proverbum: *Vos quidem Sponsi vitam vivitis.* Unde & Festus Vo-

cem Nuptiam deducit, unde & Νυμφίδιον γάλακτον
Sponsalis seu genialis lectus. Et Nymphaum, domus
erat amplissima Constantinopoli, quam Leo Magnus
Imperator edificavit, nomine ex eo indito, quod ibi
Nuptias celebrarent, qui ædes proprias non haberent:
see Zouara tom. III. in Leone. Tempus autem post
contracta Sponsalia & celebratas Nuptias Græcis est
γάμος. Unde patet hæc tria μνησθεον, νυμφίδιον, γα-
λακτον, quasi gradibus quibusdam & tempore distingui.
Quam differentiam etiam ad amulum observavit ve-
rus Autor D. Andreas Hierosolymitanus Mariam in-
troducens Gabrieli Angelo respondentem: ἀπει-
ρωχάνα γάμος μνησθεον, ἀλλ' ἡ νυμφίδιον μνησθεον κέ-
ρον, ἀλλ' οὐκ ἀνάγει τὸν λαὸν ἐπισημαίει δὴ μνησθεον,
ἀλλ' οὐ σάδον. Dicuntur etiam Sponsalia *Matri-*
monium futurum hoc eodem libro:

*quancquam Oenotriis cum Regibus iræ
Sola tamen nec conjugij secreta futuri.*

Ovid. in Epist. Acontii ad Cydippen:

*Improbe tolle manus quam tangis nostra futu-
ra est.*

Item:

Tu mihi promissi parte futura thori.

Hinc FUTURA UXOR in Epitaphio quodam, quod in
Betica extat nominatur. Verba sunt: CL. COR-
NELIO SUMANO CL. AURELII. SUMANI F.
SUM EGO JUSTINA UXOR FUTURA, FIUNT
ET HÆC LIBENTER ET QUOTIES POTO, TO-
TIES PROPINO, ET QUOT POCULA SUMIT
SUMO, QUONDAM VIXIMUS CONCORDES:
CONJUX. Sed & Conjugium Pactum Sponsalia
appellata sunt apud illos, qui Latine & non barbarè
scripserunt. Tacitus de Claudio Cæsare C. Pompeio
& Q. Veranio Coss. Pactum inter Claudium & Agrip-
pinam

pinam Matrimonium
mabatur. Necesse
audebant nullo
fratris filia.

Conjugium

Juvenius de

Accipe con

Pactis puella Sp

eo. lib. IX. Ep.

hinc pactis. hinc

v. 403.

Ita Scæpe T

ce quam inco

spem & metum

delitio versante

amolis que un

Medea de unio

nam compellat

Æsopid

Et v. 419.

Nilequid

Morem hunc

To si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

si hunc

pinam Matrimonium jam fama jam illicito amore firmabatur. Necdum celebrare solemnia Nuptiarum audebant nullo exemplo deducta in domum patris fratris filia. Ita Acontius Cydippæ:

Conjugium pactamq; fidem non crimina pefco.
Juvencus de Sponfalibus Marix & Jofephi.

Accipe conjugium nullo cum crimine pactum.

Pacta puella Sponfa intelligitur Symmach. lib. VII. Ep. 20. lib. IX. Ep. 40. Arnob. lib. IV. *Habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas.*

V. 408. SED MISER UT VANOS, VEROS
ITA SCPE TIMORES) Nil magis adfectibus subjacet quam inconstans ille amoris ignis, ideoque inter spem & metum amantes æstuant, utpote semper in dubio versantes, an verè & sinceriter redamentur ab amatis quæ unica illis cura unica sollicitudo est. Hinc Medea de amore Jasonis subdubitans, subiinde Jasonem compellat. v. 413.

--- --- prior occupat unum

Jasoniden longèq; trahit --- ---

Et v. 419.

--- --- vereor fidissime conjux

Nil equidem, miserere iacæ promissaq; serva.

Morem hunc amatorum describit J. L. Pollux lib. IX.

Το δὲ πλατῶνιον εἰ ἐρῶντες, ἢ ἐρώσας ἔπεισον. κοιτεῖται ἢ μὲν οὕτω καὶ τὸ κρηταλον, καὶ τὸ σείσθην ἢ κινεῖται καλῶσιν αἰ πῆθει, ἀρχαγωγῶσας αἰ ὄσση πένθη τῶν παιδῶν. Ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πατρῶν καλυμένη φύδι ἐπὶ τὰς πῆθας. Δὴ τὸ λαίης ἀκτύλας, εἰς κύκλον ἐμβληθέντας, ἐπιθέντες τῶν κίλων τῆς ἑτέρας χειρὸς ἐπιπέσαντες, εἰ κύκλοι πεισθῆσι ἀκρηστοὶ ὑποσπιδέν τῆ πλῆγῃ τὸ φύδον, μεμνηδὲ τὰς ἐρωμῆνας αὐτῶν ὑπὸ πλάσσειον.

v. 435. NE CUPERES ULLA SUPER) Super pro Superest. Sic Virg. III. Æn.

© mibi

Omihisola mihi super Astyanactis imago.

Sic Græci dicunt eleganter *μὴ* pro *μὴ*, *πῆ* pro *πῆ*. Quæ Apocæpe illis alias etiam usitatissima, ut pro *domina* ponant *domina*, pro *christo* *christi* pro *judicio* *judicium* &c. quod superius notavi.

v. 444. DOMINUMq; PATI) Dominum pati dicitur, quæ invito fert animo potestatem superiorem. Ita regnum pati apud Senecam Thyeste, ubi Thyestes pertæsus periculorum, regium culmen sequentium, introducitur dicens:

Immane regnum est posse sine regno pati.

Sil. Ital. lib. XIV. de filio Hieronis:

Caligare alto in solio nec pondera regni

Posse pati --- --- ---

Seneca Epist. V. Divitias pati non posse infirmi animi est. Claudianus:

--- --- *Et qui sub jure negasti*

Vivere Casareo porro procede sepulchro.

Eutropium passure Cato.

Idem:

Illas inferius collo, præceptaq; summa

Passuras Domine, dignâ statione locavit.

Ausonius Panegyrico; Consul ego Imperator Auguste, *munere tuo non passus septa neq; campum, non suffragia, non puncta non leculos.* &c. Stat. Thebaid. I.

Tunc quoq; mulcentem dictis corda aspera Regem

Jam faciles (ventis ut concertata residunt

Æquora, laxatisq; diu tamen aura superstes

Immoriitur velis) passi subiere penates.

v. 449. FUGIT INFESTOS VIBRANTIBUS HASTIS TERRIGENAS) Milites è Cadmi dentibus oriundos intelligit, de quibus lib. VII. v. 504.

Tunc

*Tum me non tauros iuuet evasisse, ferosq;
Terrigenas.*

Quod autem porro dicit. v. 457.

*Si Pagasas vel Peliacas hinc deniq; nubes
Cerneret, & Tempe viridi lucentia fumo.*

Cum illo convenit quod v. 421.

————— *promissaq; serva*

Vsq; ad Thessalicos tantum cannubia portus

Inq; tuâ me sperne domo — — —

V. 457. VEL ORBATĒ TRAHERĒT SUS-
SPIRIA VACCÆ) Ridiculum videtur ferali & terri-
fico Luporum & Leonum clamori vaccæ imbellem
mugitum subdere, in exprimendâ præcipuè insanîâ
Medæ furentis. Quod ergo Maserius hîc substituit
pro vaccæ *baccha* libentius amplector. Facile enim
literarum adfinitate locus hîc corrupti potuit. Bar-
thius quoq; hanc vocem nauseans legit *Hyana*, cujus
traculentia feracissima est, cum orbatu catulis, ut o-
mnium ætatum Scriptores testantur. Orus præcipuè
lib. II. Hieroglyph. Angerius Busbequius & alii.

v. 464. MESTUS AT ILLE MINIS ET NŌTA
COLCHID OS IRA) Tristitiam & metum Jasonis ex
Medæ minis ortum, narrat & Apollontus lib. IV.
v. 392.

ὧς φέτ' ἀνάξυσσι καρῶν χόλον, ἴστο δ' ἦγε
Νῆα κατὰ φλέξαι, Διφ' ἔμπεδα πένθε κέουσαι
Ἐν δὲ πτεῖν αὐτῇ μαλ' ἔρα πύρε' πῆν δ' Ἰήου
Μελιχίοις ἐπέουσι ὑποδύσας ἀσείηται
Ἰαχο δαιμονίη

Videtur autem ordo horum versuum, librariorum in-
curiâ turbatus nimium. Si enim eo modo legas, quem
Carrio expressit, sensus non facile apparebit. Versum
ergo qui nunc est 460. *Quid dubitas? facies v. 463. &*
inde exemptum post Palladiâ virgo stetit altera
protas

prona: constitues. Et sermonem Medæ finies hoc versu:

*Quid dubitas? heu dure siles? magnumq; mi-
natur.*

Sermo enim furentis est, ideoq; abruptus, more Va-
lerio usitato. Caterum Responsio Jasonis non plena
videtur v. 468.

Mene aliquid meruisse putas? me talia velle?

Leges tamen ob meliorem sensum pro Meruisse, metu-
isse. Nam ad verba Medæ respicit, ubi eum ita adfata
est:

*Nec spes ulla super, quin tu mea respice saltem
Consilia, & nimio comitum ne cede timori.*

Ad quæ hæc est Jasonis responsio:

Mene aliquid meruisse putas?

Nihil hoc certius!

Ultimum autem facit Carrio autoritate Codicis sui.
Conjectura ergo est omnino non vana. Poetam mortem
præventum ultra libri IIX. fragmentum nihil scri-
ptum reliquisse. Ut vel hoc nomine verum sit Quin-
tilianus de Valerio effatam: *Multum nos in eo avaisisse.*
Complementum ergo Baptista Pii non agnoscimus,
qui libram X. & XI. Codici Valeriano addit. Sunt
enim ex Apollonio conversi, nec ad Generosam
Valerii nostri Spiritum adsur-

gunt.

E X P L I C I T

Anno

Christvs aDIVtor MeVs est VbiqVe si

*Meliori Valerii Intellectui plurimum commo-
dare arbitratus sum Catalogum Argonautarum, prout
à diversis Scriptoribus relinquitur. Quos
preinde sic habe,*

Argo